GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 7r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



temporali gratulet. Supplantant ergo opti
mates. quia dum uera celestis patrie pre
mia negligunt. in suis hic uoluptatibus
cadunt. SEQVIT. Commutans labi
um ueracium. et doctrinam senum au
ferens. Cum sacerdos non agit bona
que loquitur. ei etiam sermo subtrahitur.
ne loqui audeat quod non operatur. sicut per prophetam
dicitur. Peccatori autem dixit deus. Quare tu
enarras iusticias meas. et assumis testa
mentum meum per os tuum. Unde etiam
precatur dicens. Et ne auferas de ore meo
uerbum ueritatis usque quaque. Perpendit
namque quod omnipotens deus uerbum facientibus
tribuit. et non facientibus tollit. Qui ergo hoc
de ore suo non auferri petiit. quid aliud
quam gratiam bone operationis quesiuit. Ac
si aperte diceret. A bono opere me errare
non sinas. ne dum amitto ordinem bene ui
uendi. rectitudinem perdam loquendi. Et
plerumque doctor qui docere audet quod
negligit agere. cum desierit bona loqui
que operari contempsit. docere subiectos
incipit praua que agit. ut iusto omnipotentis
dei iudicio in bono iam nec linguam habe
at. qui habere bonam uitam recusat. quate
nus dum mens eius terrenarum rerum amo
ri intenditur. de terrenis rebus semper loquitur.
Unde in euangelio ueritas dicit. Ex habundan
tia cordis os loquitur. Bonus homo de bo
no thesauro profert bona. et malus homo
de malo thesauro profert mala. Hinc etiam
iohannes ait. Ipsi de mundo sunt. ideo de mun
do locuntur. Bene ergo dicitur commutans labi
um ueracium et doctrinam senum auferens.

quia hi qui prius celestia predicando ueraces
erant. dum temporalia diligentes ad ter
rena corruunt. labium ueracium commu
tatur. et senum doctrina tollitur. quia diligen
tes temporalia priorum suorum precepta minime
sequuntur. ut locum regiminis quasi ad fruc
tum uoluptatis teneant. non ad usum labo
ris. Quod tamen apertius de iudeis ualet intel
ligi. qui ante incarnationem domini ueraces
fuerunt. quia hunc uenturum esse credi
derunt atque nuntiauerunt. sed postquam incar
ne apparuit hunc esse negauerunt. Labium
itaque ueracium mutatum est. quia quem
uenturum dixerant. negauerunt pre
sentem. Et doctrina senum ablata est. quia
nequaquam ea credendo secuti sunt. que pa
tres suos predixisse meminerunt. Unde etiam
helya ueniente promittitur quod reducat cor
da filiorum ad patres eorum. ut doctrina senum
que nunc a corde iudeorum ablata est. tunc
miserante domino redeat. quando hoc de domino
intelligere ceperint filii quod predicauerunt
patres. Si uero senes eosdem quoque iudeos acci
pimus. qui suadente perfidia ueritatis uerbo
contraire conati sunt. doctrina senum abla
ta est. postquam hanc ecclesiam ex gentibus uidelicet
iuuencula accepit. que per psalmistam di
cit. Super senes intellexi. Quam quia operando
tenuit. qualiter super senes intellexerit
ostendit. dum protinus subdit dicens. Quia
mandata tua exquisiui. Quia enim studu
it operando implere quod didicit. accepit
intelligere quod doceret. Unde adhuc
subditur. Effundit despectionem super principes.
et eos qui oppressi fuerant releuat. Cum